Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26048
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sub sequenti dominica cor
repcione pensamus. Aut
namq; de illo dominus.
Quis est iste involuens
sentencias. sermonibus im
peritis? Cum vero dicit sen
tencias. sed non addidit. p
rimus quales multi. procul du
bio bonas intelligi. Nam cū
sentencie nominantur. nisi
etiam male dicantur. male
sentiri non possunt. In bono
enim semper sentencias ac
cipimus. que sine reproba
onis abiecione ponuntur.
Sicut scriptum est. Sapien
cior sibi videtur piger. sep
tem viris loquentibus senten
cias. Quod vero dicitur. qa
eius sentencie imperitis ser
monibus involuuntur. hoc
summopere ostenditur. quia
ab eo cum elacionis fatuita
te proferuntur. Quia
quippe meo imperita est.
humiliter dicere nesciue.
quod dicit. et veritatis sen
sibus. elacionis verba miscē
re. Omne enim quod dici
tur. qua diuperacita potest
qualitate distinguī. si aut
mala male. aut bona bene.
aut mala bene. aut bona
male dicantur. Malum e
nim male dicitur. cum res
perversa figuratur. sicut
scriptum est. Benedic deo
et morere. Bene bonum di
citur. cum recta predicantur.
Sicut sanctus Johannes ewā
gelista vel Johannes baptista
dicit. Penitenciam agite
appropinquabit enim regnū
celorū. Malum bene dicitur.
quando per os dicentis. vitio
co vitium exprimitur. ut re
probetur. sicut paulus ait.
Nam femine eorum mutā
verunt naturalem usum
in eum usum qui est contra
naturam. Quo loco execra
da quoq; vitorum facinora.
sub dicit. sed honeste inho
nesta narrant. ut multos
ad honestatis formam. inho
nesta narrando revocarent.
Male autem bonum dicitur.
cum rectum aliquod. recto
studio non proferitur. Sicut
illuminato ceco. pharisei di
xisse perhibentur. Tu discipu
lus eius sis. nos autem moy
si discipuli sumus. Quod
maledictionis utiq; diverunt
studio. et non orationis vo
to. Vel sicut cayphas ait.
Expedit nobis. ut unus mo
riatur homo. pro populo. et
non tota gens pereat. Bonū
quippe. sed non bene locutus
est. quia dum crudelitatem
necis appetit. redempcio
nis graciam prophetauit.
Hoc igitur modo helyū quo
q; dicere. non bene. bona re
prehenditur. qua inhijs que
veraciter loquitur. arrogan
ter inflatur. Qui eo arro
gancium speciem signat. quo
per sensum rectitudinis. in
timoris verba se elevat.
Sed quid est. quod tres a
micos reconciliari. per sep
tem sacrificia diuina nos